

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Accidia a (1) cum fonte primo

Torpor et ignauia dicunt: si lectioni continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris; si indesinenter lacrimas fundis, ipsos eciam oculos amittis; si procellatis uigiliis psalmorum censum persoluis, insaniam capitis acquiris; si cotidiano labore te conficis, ad opus spirituale quando consurgis?

Augustinus in libro de conflictu uiciorum et uirtutum.

Torpor uel ignauia dicit: Si lectioni continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris; si indesinenter lacrimas fundis, ipsos etiam oculos amittis; si protelatis uigiliis psalmorum censum persoluis, insaniam capitis acquiris; si cotidiano labore te conficis, ad opus spirituale quando consurgis?

Ambrosius Autpertus, *Libellus de conflictu uiciorum atque uirtutum*, 13 (CCCM 27B, R. Weber ed., p.918, ll.1-5).